

Œ C V M E N I C A  
CATHEDRÆ APO-  
STOLICÆ  
A V T H O R I T A S.

EX OCCASIONE

QUATUOR CLERI GALLICANI PRO-  
POSITIONUM ANNO M. DC. XXII. IN PARISENSI  
ECCLESIASTICO CONVENTU EDITARIUM, ASSERTA  
ET VINDICATA

AB AUTHORE


INEXTINCTÆ SACRI CONCILIJ TRI-  
DENTINI VERITATIS.

In quo tractatu vindicantur insuper tum ea, quæ E-  
manuëlâ Schelestrate adversus Maymbourgum reposuit de sensu & auctori-  
tate Decretorum Constantiensis Concilij Sessione IV. & V. circa S. Pote-  
statem Ecclesiasticam: Tum quæ Author Regalis Sacerdotij, ac Leo-  
diensis SS. Theologiæ Doctor M. C. in lucem ediderunt circa Cleri Galli-  
cani præinhuatas propositiones, unâ cum resolutionibus de Jurisdictionis  
Episcopalis origine, ac erga jus Divinum immediatione, nec non de axio-  
matibus variorum Scriptorum Gallicanorum Immunitati Ecclesiasticæ  
adversantibus: Disentiuntur præterea, quæ Ludovicus Ellies Du Pin  
Theologus Parisiensis de antiquâ Ecclesiæ disciplinâ differens, molitur con-  
tra dictos Schelestratum, atque Authorem Leodiensem de Liber-  
tatibus Ecclesiæ Gallicanæ: Expenditur denique *Causa Re-  
galisæ* speciatim contra Alexandrum  
Natalem.



*Cum facultate Superiorum.*

ANNO M. DC. LXXXIX.




## PROLOQUIUM.

**V**bi que fere divulgatae habentur Cleri Galliani quatuor propositiones circa Oecumenicam Romani Pontificis auctoritatem sub tenore sequenti declaratae. Ecclesia Gallicana decreta & Libertates à maioribus nostris tanto studio propugnatas, earumque fundamenta sacris Canonibus, & Patrum traditione nixa, multi diruere moluntur, nec desunt, qui earum obtentu, primum B. Petri, eiusque successorum Romanorum Pontificum à Christo institutum, ipsique debitam ab omnibus obedientiam, Sedisque Apostolicae, in qua Fides predicatur, & unitas servatur Ecclesiae, reverendam omnibus gentibus maiestatem imminuere non vereantur. Haeretici quoque nihil praetermittunt, quò eam potestatem, quae pax Ecclesiae continetur, irridiculosam & gravem Regibus & populis ostendant, ipsique fraudibus simplices animas ab Ecclesia, Christi que ad eam communionem dissocient. Quae ut incommoda propulsemus, nos Archiepiscopi & Episcopi Parisiis mandato Regis congregati, Ecclesiam Gallicanam representantes, una cum ceteris Ecclesiasticis viris nobiscum deputatis, diligenti tractatu habito, haec sancienda, & declaranda esse duximus.

I. Beato Petro, eiusque successoribus Christi Vicariis, ipsiusque Ecclesiarum spiritualium, & ad aeternam salutem pertinentium, non autem Civilium ac temporalium à Deo traditam esse potestatem, dicente Domino: Regnum meum non est de hoc mundo: & iterum: Reddite ergo Caesari, quae sunt Caesaris, & quae sunt Dei; Deo, ac praeinde stare Apostolicum illud: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas, nisi à Deo, quae autem sunt à Deo, ordinatae sunt. Regentes ergo & Principes nulli Ecclesiae potestati Dei ordinatione subijci, neque auctoritate Clericorum Ecclesiae directè, vel indirectè deponi, aut illorum subditos eximi à fide, atque obedientia, ac praestito fidelitatis sacramento solvi posse, eamque sententiam publicè tranquillitati necessariam, nec minus Ecclesiae, quam Imperio utilem, ut Verbo Dei, Patrumque traditionem, & Sanctorum exemplis consonam omnino retinendam.

II. Sic autem inesse Apostolicae Sedis, ac Petri successoribus Christi Vicariis rerum spiritualium plenam potestatem, ut simul valeant, atque immota consistant sancta Oecumenica Synodi Constantiensis à Sede Apostolica comprobata, ipsaque Romanorum Pontificum, ac totius Ecclesiae usque confirmata, atque ab Ecclesia Gallicana perpetuè Religione custodita, decreta de auctoritate Conciliorum Generalium, quae Sess. 4. & 5. continentur: nec probari, qui eorum Decretorum, quasi dubia sint auctoritatis, ac minus approbata, robur infringunt, aut ad solvum schismatis tempus Concilij dicta detorquent.

III. Hinc Apostolicae potestatis usum moderandum per Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentià consecratos. Valere etiam regulas, mores, & instituta à Regno & Ecclesia Gallicana recepta, Patrumque terminos manere inconvulsos, atque id pertinere ad Apostolicae Sedis amplitudinem, ut statuta, & consuetudines tantae Sedis, & Ecclesiarum consensione firmata, propriam stabilitatem obtineant.



# ARTICULUS I.

## De Romani Pontificis erga Reges ac Principes seculares Auctoritate.

### §. I.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.



Ause hujus statum præliminariter exponit Author *Regalis Sacerdotis* lib. 1. §. 1. asserendo, quod prima Parisiensis propositio omnem in Reges potestatem adimat Vicario Christi, jubeatque unâ clave contratum, quâ calam aperit, alteram terrâ destinatam Regibus relinquere, cum tamen celestium tanta sit cum terrestribus conjunctio, ut Principes eodem sceptro, quo Regna moderantur, Religionem simul, fidemque aut continentiam, aut custodiant. Quemadmodum igitur ægro corpore, anima quoque laborat, nec operationibus naturæ congruis defungi potest: sic ægrâ, corruptâque Republicâ, non potest Religio florere, quod nimium demonstrant exempla eorum Principum, in quibus ex Principum erroribus, insertâ, mutationeque Religionis, eadem mala in populos derivata sunt, & tandem cum animarum tantâ, æternâque clade, fides Catholici penitus delata. Non potuit ergo Summo Ecclesie Pastori una potestas sine alterâ concedi, spiritualis videlicet sine temporali, cum unam sine altera dari non possit.

Subdit idem Author, hanc tamen Summi Pontificis in Reges potestatem non esse *directam, & ordinariam*, idque probat ipsorum Pontificum confessio: Nicolai scilicet I. in Epist. I. ad Michaelem Imperatorem, Stephani Papæ VI. in Epist. ad Basilium Imperatorem, Gregorii II. ad Leonem Isaacem Imperatorem, Item Alexandri III. relata in Cap. 7. De appellat. Et Cap. 7. Qui filij sui legimus.

Summi Pontificis indirectam erga Reges auctoritatem sacri adversus hereticos indicti Concilii Tridentini *sexcenta Veritas* 2. in præfatione sic explicat, ut illius Author probabiliter habeat sibi persuasum, à Clero Gallicano haudquaquam fuisse intentum, quod eam erga Reges Apostolicam auctoritatem penitus denegaret Romano Pontifici, sed quod illa distincti Cleri declaratio ad eum esse referenda factum, quem sacra Scriptura simul & ratio ibidem expolita suggerit. De quo inferius in *factis* hujus *Articuli* Cællaria differendi major occurret opportunitas. Interea, quam in presenti Articulo discutendam, suscipimus propositionem, sub hisce formalibus verbis expressam accipe.

*Beato Petro, successores Christi Vicarij, ipsiusque Ecclesie, rerum temporaliu, & ad a-*

*ternam salutem pertinentium, non auctoritatem, aut imperium à Deo tradita esse potestas, dicente Dominus: Regnum meum non est de hoc mundo. Et iterum: Reddite ergo, que sunt Cesaris, Cesari, & que sunt Dei, Deo; ac proinde fiat illud Apostolicum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas, nisi à Deo, que autem sunt à Deo, ordinata sunt: itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Reges ergo & Principes in temporalibus nulli Ecclesiastica potestati Dei ordinatione subjunguntur, nec auctoritate clavis Ecclesie detrahunt, vel indirectè depouunt, aut illorum subditi à fide, atque obedientia, ac prestato fidelitatis Sacramento solvi possunt. Eorum sententia publicè tranquillum esse esse, nec in vâ Ecclesie quâdam Imperio utilis, & Verbo Dei, Patrumque traditione, & Sanctorum exemplis casum omnino reseruanda est.*

Circa quam prævidetur propositionem sequentes hæc occurrunt disquisitiones, accuratiori methodo Theologica discutienda. Prima; *Verum, & in quantum ex sacris Litteris demonstrari possit Romani Pontificis in Reges auctoritas Apostolica?* Secunda; *In quantum hæc potestas ostendatur ex sacris Canonibus?* Tertia; *In quantum ex sacris Concilijs?* Quarta; *In quantum exhiberis Ecclesiasticis, alijque Summorum Pontificum?* Quinta; *Quæsitur ex Patribus, Doctoribusque Ecclesie probetur?* Sexta; *Quid ratio valeat pro evocando quibus intentis?*

DISQUISITIO I.

*Verum, & in quantum ex sacris Litteris demonstrari possit Romani Pontificis erga Reges auctoritas Apostolica?*

### §. I.

Ad veritatis centrum majori cum energia erudendum, secundum methodum Scholastico Theologicam, plurimum juvat, aliarum Doctorum sententias in prima cujusque disquisitionis fronte proponere, ac super argumentis tum adversariorum, tum nobilium sententiarum Theologorum talem facere reflexionem, ut ex intimo rei propolite fundamento veritas tandem possit erui, ac magis stabiliri. In quem finem hæc ponimus ob oculos, que Author *tract. de libert. Ecclesie Gallicane* lib. 4. cap. 2. expendit sub illa questione: *De scilicet Verbo: Dei consensu sit sententia; Reges in temporalibus ab omni Ecclesiastica potestate omnino subditi?* Cujus quæstio resolutionem sequen-